

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[114\] : De Deucalione](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [114] : De Deucalione

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[114\] : De Deucalione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 18 : De Deucalione](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[114\] : De Deucalion](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[114\] : De Deucalion](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
langue(s)Latin
Paginationp. 1066

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques[Deucalion](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

De Halcyonibus.

Sic Ceyx maritus Halcyonis rex Trachiniorum cum forma corporis, opibus, nobilitate ceteros homines antecederet sibi videtur, iam non amplius se parem esse mortalibus arbitratus est: quare se Iouem, uxorem Iunonem appellauit tantam arrogantiam hominis non ferens Deus seueram tempestatem nauiganti Ceyci immisit, quæ illum submersit. quare patuit, quæ sublimia sunt, & in altissimo fortunæ gradu collocata, citissime posse diuina potentia eueri, cum quis paulo feliciorum fortunam æquo animo ferre non poterit.

De Deucalione.

At prudentes & innocentes & pios homines & certam moderationem animi in rebus omnibus adhibentes, Deus ab imminentibus periculis subtrahit: quare Deucalionem prudentiæ suæ Promethei filium in arca seruatum fuisse inquit per diluuium.

De Ione.

Ionis contra fabulam præterea introduxerunt, cum naturam terræ exprimerent: quod in medio aquarum undique consistat, quod vapores assidue ex illa exurgunt, quod fertilissima est omnis generis frugum & animalium, & rerum propè innumerabilium: quod temperatum calorem illa cupiat: quod cælo undique tegitur, quod altera pars semper Solis lumine illustratur, cum altera vicissim noctem habeat. Deinde ostendebant terram fieri feracem agricolarum industria, ubi cæli clementia aliquantulum deficeret. Alij ad Lunæ congressus cum Sole & ad totam naturam Lunæ fabulam traduxerunt: qui dicunt in planetarum congressibus nubes aut nebulas gigni, die tertio deinde ferè semper à coniunctione cornutam exire, omnibus alijs stellis esse inferiorem. Mox Sole lumen & vires impartiente, illa omnium stellarum vires exuperat: cuius vires magis conspicuæ sunt in humanis corporibus, quas exerceat Luna cum aliquantulum excreuerit. Cum verò Luna velocissima sit omnium planetarum, fingitur orbem terrarum peragrasse, cum eadem modo ad meridiem, modo ad septentrionem declinet à signifero circulo.

Ethicè.

Io anima dicitur impurotum hominum, quæ è cælo in hoc corpus tenebrarum & caliginis plenum delapsa est: mox in bellam vertitur, neque cupit diuinitatem aut immortalitatem speculari. Illa donatur Iunoni ita conuersa, tanquam opum desiderio.